



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De errore primo qui ponit animas esse angelos apostatas. Cap. XIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46132)

datum Sara: Sic, inquit, sanctæ mulieres sperantes in Deo, non in ornatu vestiû ornabât se subiectæ propriis viris: sicut Sara obediebat Abraham. Et Loth cõmendatur 2. Pet. 2. Et iustû Loth oppressum à nefandorum iniuriâ eripuit, &c. habitans apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabât. Patet ergo, quòd boni fuerunt antiqui patres & saluati.

De quarto errore qui ponit animas non de nouo creari: qui diuersificatur in quatuor oppositos errores.

CAP. XII.

Sequitur de quarto errore, qui ponit animas de nouo non creari quæ corporibus infunduntur. Qui error diuersificatur in quatuor oppositos errores. Primus ponit in corporib⁹ nō esse animas, nisi angelos apostatas, seu demones, qui in eis includuntur, vt agant ibi pœnitentiâ, & successiuè possunt esse in diuersis corporibus: vt si pœnitentiam non agunt in vno corpore, agât illâ in alio. Secundus ponit duas animas esse in corporibus. De quo errore loquitur Aug. in lib. de duabus animabus. Tertius ponit animas creatas simul fuisse. Quartus ponit animas sicut corpora seminari. Licet autè hi quatuor errores diuersi sint, tamen in hoc conueniunt, quòd veritati fidei catholicæ contradicunt, quæ asserit animas creari, & creando corporibus infundi, & infundendo creari. Quam veritatem cõfirmat illud Psal. Qui finxit sigillatim corda eorû. gl. i. creauit animas singulas per se ex nihilo. Aug. in ecclesiasticis dogmatibus: Credendum est, & firmiter tenendû, q̄ animæ nō sunt ab initio creatæ, vt Origenes fingit: nec cū corporibus seminâtur, vt Luciferiani, & Ciryillus, & quidâ Latinorû affirmâr: sed dicim⁹ animâ infundi & creari simul in corpore cõpacto & formato, vt viuat in vtero homo.

De errore primo qui ponit animas esse angelos apostatas.

CAP. XIII.

Illi qui sunt primi erroris aliqua verba Sacræ scripturæ adducunt ad confirmatiõem ipsius impertinentia, tamè ad propositû, si verè intelligâtur. Legitur Mat. 10. Ite ad oues quæ perierunt domus Israël. Oves illas intelligunt angelos apostatas ad quos solos saluandos, missus est filius Dei, vt aiunt, secundè illud Mat. 15. Nō sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Sed si inspiciâtur quæ præcedût, apparet ridiculosam esse hanc expositionem. Christus em̄ missurus. Apostolos ante passionem suam prohibuit eis ne irent ad gætes vel Samaritanos, ne Iudæi haberet occasionem repellendi eum: ideo dixit eis: In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorû ne intraueritis: sed potius ite ad oues, &c. Vnde patet oues istas de quib⁹ loqui-

tur esse Indæos. Si enim intelligerentur secundum expositionem eorum: oues quæ perierunt, id est, dæmones, vel spiritus qui de cælo ceciderunt, essent in gentibus, & Samaritanis, sicut & in Iudeis: unde non fuissent prohibendi Apostoli à prædicatione eorum. Itē legitur Lucæ 16. de villico iniquitatis, qui amor^o est à villificatione sua: quod ipsi exponunt de diabolo, quæ dicunt fuisse præpositum aliis angelis, & prudenter gratiã illorum acquisuisse de seruitio Deo debito relaxando eis: sed propter peccatum suum fuisse amotum, & Michaële pro eo fuisse substitutum, & eum cum cõpluribus suis de cælo fuisse eiectum, & corpora fabricasse, quæ secundum eos, inhabitant spiritus qui de cælo ceciderunt. Sed quod sequitur in fine illius parabolæ, nõ cõcordat expositioni eorum: scilicet quod Dominus laudauit villicum iniquitatis: absit enim quod Deus diabolum laudauerit. Itē legitur Io. 4. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo. Ex quo ipsi inferunt solos spiritus, qui de cælo descenderunt, saluandos. Sed patet quod nulla est expositio eorum, per id quod sequitur verbum prædictum, Filius hominis, qui est in cælo. Constat enim quod Christus se vocat filium hominis. Mar. 8. Filius hominis nõ habet vbi caput suum reclinet. Et 24. eiusdem: Estote parati, quia qua hora nõ putatis, filius hominis venturus est. Unde impertinens est illud verbum ad angelos Apostolus: sed tempore quo Christus dicebat verbum illud, quum nõ dũ esset ianua regni aperta per passionem ipsius, null^o adhuc patrum homo ascenderat in cælum, vel ascendere poterat, nisi solus filius hominis, qui de cælo descenderat in carne assumpta visibilis hominibus apparendo, qui erat in cælo patri æqualis in quantum Deus, ascendere poterat, in cælum in humanitate: & ita ascenderat, id est, à Deo alius erat secundum diuinitatem, vt pater. Solus etiam Christus erat ascensurus in cælum, scilicet caput cum membris. Rationes quibus innitatur error ipse, nõ ponimus: quia vbi non sunt, vel nullius probabilitatis sunt. ¶ Error verò iste error ponit, quorum falsitas de facili potest ostendi. Ponit enim dæmones esse saluandos, ponit animas non esse, & ponit dæmones esse incarceratos in corporibus humanis. Primum verò multis auctoritatibus potest destrui. legitur Mat. 3. Paleas comburet ignis inextinguibili: ergo pœna eorum erit æterna. sed dæmones maxime sunt puniendi: ergo pœna eorum erit æterna. Ad idem potest adduci testimonia sacre scripturæ, quæ sequuntur. Mat. 25. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui parat^o est diabolo & angelis eius. Et in eodẽ. Hi ibunt in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam. Et 2. Thes. 1. dicitur de non obediētibus Euangelio

gelio Christi. Qui pœnas dabūt in interitu æternas. Et in cãno-
 nica Iudæ: Quibus procella tenebrarū cõseruata est in æternū.
 Et in eadē: Angelos qui non seruauerūt suū principatū, sed de-
 reliquerūt suū domiciliū, in iudiciū magni Dei, vinculis æter-
 nis sub caligine reseruauit. Ergo vincula dæmonū æterna sunt
 & ipsi reseruātur in iudicio magni Dei puniēdi. Vincula æterna
 ista sunt, obstinatio eorū, & sentētia diuinæ inflexibilitas. Itē 2.
 Pet. 2. Si Deus angelis peccātibus nō pepercit, sed rudētibus in-
 ferni detractos in tartarū tradidit in iudiciū cruciãdos reseru-
 ri. secundū gl. rudētes sunt funes quibus nauatæ vela suspendūt.
 hic verò dicuntur rudētes immundorū spirituum conamina,
 qui mox vt flante superbia impulsī se aduersus creatorē crexe-
 runt, ipsi elationis conatibus in abyssi profundum sunt rapti.
 ¶ Ad ostendendū verò falsitatē illius erroris, qui ponit animas
 nōn esse, sufficiunt verba Euangelij. & aliarū scripturarū Noui
 Testamenti, quæ in tot locis contrariū exprimūt, quorū aliqua
 ponemus. Legitur Matth. 6. Nōnne anima vestra plus est quàm
 elca, & corpus plus quàm vestimentum? Et eiusdem 10. Nolite
 timere eos qui occidunt corpus, animā autem non possunt oc-
 cidere, &c. Et eiusdem 11. Inuenieris requiē animab⁹ vestris. Itē
 16. Quid prodest homini si vniuersum mundū lucretur: animæ
 verò suæ detrimentum patiatur? Item 22. Diliges Dominū Deū
 tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Et 26. Tristis est ani-
 ma mea vsque ad mortem. Item Ioā. 10. Potestatem habeo po-
 nēdi animā meā, & potestatē habeo iterū sumēdi eam. Et Iac. 5.
 Qui conuerti fecerit peccatorē ab errore viæ suæ, saluabit ani-
 mā eius a morte. Et 1. Pet. 1. Animas vestras castificātes in obe-
 diētia charitatis. Eiusdē 4. Fideli creatori cōmēdēt animas suas.
 Et Apoc. 6. Vidi subtrus altare animas interfectorū propter ver-
 bum Dei. Error verò tertius valde odibilis est Deo, & homini-
 bus, quantum ad hoc quòd ponit dæmones esse in hominibus:
 Deo idē quia contumeliā magnā ei facit, cum vituperat ho-
 minē nobilissimā eius creaturā, quā creauit ad imaginē & simi-
 litudinē suam. Gen. 1. Et eiusdem 9. Eccl. 17. Et 1. Cor. 11. dicitur:
 Vir imago, & gloria Domini est Homini: quia magnam cõtu-
 meliā facit ei, quū dicit eum dæmonium habere. Hoc reputauit
 sibi Christus cõtumeliosum, Io. 8. quū diceretur ei à Iudæis: Sa-
 maritanus es tu, & dæmonium habes. Vnde subdit: Ego dæmo-
 nium non habeo: sed honorifico Patrem meum, & vos inhono-
 ratis me. Imò quod pl⁹ est, qui sunt huiusmodi erroris homines
 reputāt dæmones incarceratos, quum ipsi diaboli potius repu-

tandi sint imitando eos in obstinatione. Ioan. 6. Ego duodecim
vos elegi: & vnus ex vobis diabolus est. Secundum errorem istum,
vt videtur, Dominus potius debuit dicere: & omnes daemones
estis, quam vnus ex vobis diabolus est. Quod autem falsum sit
quod ipsi ponunt, patet ex hoc quod legitur Romam. 9. de Esau,
& Iacob, quum nondum nati essent, aut aliquid egissent boni, aut
mali: ostendit ibi Apostolus, vt patet ex his quae praecedunt & se-
quuntur, quod Esau & Iacob, ante natiuitatem suam nihil boni, vel
mali egerint, propter quod vnus eorum a Deo diligeretur, & al-
ter odiretur. Non erat ergo angeli apostatae in eis qui inclusi es-
sent ad poenitentiam agendam ibi de peccatis quae fecissent an-
tequam includeretur. Item si angelus malus est in malo homi-
ne: ergo bonus angelus est in bono: ergo in Christo fuit angelus
bonus: ergo non est verum, quod legitur ad Heb. 2. de filio Dei,
quod nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahamae appre-
hendit: non assumpsit ergo angelicam naturam. Si vero dicatur,
quod in Christo non fuit nisi spiritus diuinus, hoc non potest
dici, cum scriptum sit Ioan. 12. Nunc anima mea turbata est. Et
Mat. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Turbatio enim
vel tristitia, non cadit in Deum. Item verbum illud Genes. 1. Fa-
ciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & praes-
sit piscibus, &c. non videtur esse verbum volentis punire vel in-
carcerare eum qui crimine commisisset, sed potius volentis facere
quod nondum erat, & volentis eum honorare, cum iam factus
esset. Item si spiritus hominis fuisset antequam infunderetur
corpori & creatorem suum offendisset, hoc fecisset sciens & vo-
lens. Peccatum enim non posset esse sine voluntate. Omnis mens
apud se conscriptum legit, vt ait August. Et si hoc fuisset, nullus
alius melius sciret quam ipse spiritus. 1. Cor. 2. Quis scit homi-
num quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Et
in li. de anima & spiritu: Nihil tam nouit mens, vel anima, quam
tunc id quod sibi praesto est: nec menti vel animae quicquam ma-
gis praesto est, quam ipsa sibi: ergo nihil tam nouit quam se. Si
vero dicatur quod spiritus obliuiscitur, cum corpori infunditur,
quae prius sciebat, ridiculum est, quod Deus spiritum includat cor-
pori ad agenda poenitentiam ibi, cum sciat ipsum obliuisci, quum
cito erit ibi, malum quod fecit. Quomodo enim potest agere
re poenitentiam de malo, quod ignorat? Initium salutis cogita-
tio est peccati, vt ait Sene. Ergo qui peccatum ignorat, viam sa-
lutis etiam inchoare non potest. Item dixit Plato super introitu po-
entes in hanc vitam potari ab eo spiritu qui est super introitu po-

culo obliuionis, antequam intrēt corpora, nullā huius rei ostē-
 rationem faciens: vt ait beatus Irenæus in lib. cōtra hæreses. Et
 quærit à Platone, vnde hoc sciret. Si enim anima eius potata
 erat poculo obliuionis, non reminiscebatur, nec spiritus, nec
 poculi, nec quod aliquid sciuisset, nec oblitus fuisset: & si ista
 reminiscebatur, eadem ratione & alia. Itē Irenæus: Si hoc quod
 in breuissimo tēpore visum est, vel in fantasmate conceptū est,
 & ab anima sola per somniū postea quā cōmistā sit corpori,
 & inde vniuersa membra dispersa cōmemoraret: multo magis
 ipsorū reminisceretur in quib⁹ tēporibus tātis & vniuerso præ-
 terita vitæ seculo immorata est. Itē dixerūt quidā ipsum cor-
 pus esse obliuionis causam. Sed quærit Irenæus: Si hoc est, quo-
 modo anima quod per semetipsam videt reminiscitur, & ienū-
 tiat proximo? Itē nec ea quæ olim agnita sunt, aut per oculos,
 aut per auditum meminisset anima in corpore existens, si esset
 corpus obliuionis causa. Anima enim in obliuione existēs, nihil
 aliud cognoscere posset, nisi quod in presenti videret. ¶ Itē quo-
 modo diuina disceret & meminisset ipsorū existēs in corpore?
 ¶ Item quum non sit corpus fortius quā anima nō amitteret
 anima scientiam suam propter corpus. Præterea non est verifi-
 mile, quum corpus organum sit animæ, quod scientiam suam ei
 auferat. Non solet enim instrumentū scientiā suā auferre ar-
 tifici. Iam enim potius esset impedimentum quā instrumentū.
 Præterea raptus est Paulus vsque ad tertiuū cælū. 2. Cor. 12. & ta-
 men rediens ad se memor fuit visionis suæ: quod non fuisset, si
 corpora necessariō obliuionem inducerēt. Item si corpus obli-
 uionē inducit, potius inducere debet obliuionē eorum quæ co-
 gnoscuntur visibus illis secundum quas anima vnitur corpori,
 quā eorum quæ intellectu agnoscuntur, secundū quæ nō vni-
 tur anima corpori. Præterea aut spiritus apostata potestatem ha-
 bet viuificandi corpus, aut non. Et videtur q̄ non, secundum ea
 quæ ponit error iste: ponit enim q̄ quum diabolus duo homi-
 ni corpora fabricasset, non potuit per xxx. annos vitale spiritū
 illis corporibus infundere: sed accedens ad misericordiam Al-
 tissimi duos angelos ab ipso quesuit. Præterea si spiritus malus
 potest corp⁹ viuificare, aut potestas illa est volūtaria, aut natu-
 ralis. Non videtur esse voluntaria, vt scilicet voluntate sua cor-
 pora viuificet: hoc enim solius Dei est. Ioan. 5. Sicut pater susci-
 tat mortuos, & viuificat: sic & filius quos vult, viuificat. Si ve-
 ro naturalis, nō videtur hic aliter facere quā forma & perfe-
 ctio ipsius corporis. Et hoc etiam dicit Philosophus, quod ani-

ma est actus primus siue pfectio prima physici seu naturalis corporis organici in potentia vitā habētis. Si verò est spiritus qui est in corpore, corporis est perfectio: inconueniens est dicere, quod spiritus ille tempore sit prior, quàm ipsum corpus: perfectio enim rei nō potest esse prior tēpore, quàm eius inchoatio: nec forma prior est tēpore, quàm eius materia, quū forma sit actus, materia sit potentia: actus enim non potest præcedere potentiam suam. Imago quæ ceræ imprimitur, nō potest prior esse tēpore, quā possibilitas ipsius ceræ ad receptionē ipsius imaginis. Præterea vbi scriptura sacra dicit diabolo intrasse in hominē, constat quòd ipse erat prius homo viuēs, sentiēns, intelligēs: vt patet in Iuda. Io. 13. Vbi legitur quod post buccellam inuoluit in eum sathanas. Et Mat. 12. Intrātes habitāt ibi, & sūt nouissima hominis illius peiora prioribus: loquitur de dæmonibus. Vnde constat quòd ante ingressum erat homo. Item quum expellebantur dæmonia ab hominibus: constat quòd remanebant homines viuētes, sentiētes, intelligentes. Luca 11. Erat Iesus efficiens dæmonium, & illud erat mutum, & quum eiecisset dæmonium, locutus est mutus. Ergo aliquid erat in eo præter dæmonium, quo viuēbat, sentiebat, discernebat. Hoc autem animam vocamus, quæ scilicet est in homine principium viuēdi, sentiēdi, & discernēdi. Item vbi Euangelium loquitur de dæmonibus qui erāt in hominibus: nō dicit eos in hominibus puniri, sed potius eos homines punire: nec eos vexari, sed potius vexare. Matthæi 15. Filia me malè à dæmonio vexatur. Et Luca 6. Qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Dæmones verò expulsionem ab hominibus cruciatum reputabant, & non inhabitationē hominū. Vnde dicunt Christo expellenti eos, Matth. 8. Fili Dei cur venisti ante tempus torquere nos? Vnde ergo habent quòd angustiam? Item error iste destruit resurrectionem corporū. Si enim corpora solummodo carceres sunt spirituum saluandorum, est verisimile, quòd spiritus illi corpora sua debeant resumere cum beati efficiuntur, incarceration enim & glorificatio nō detur simul debere esse. Item natura non appetit quòd sibi contrariū est: ergo si corpus à prima institutione pœna est spiritui inhabi tantis, non habebit spiritus ille naturalem appetitum in corpore: ergo separatio eorū nō faciet naturaliter dolere in morte. Item omne quòd contra naturam per violentiam detinetur, naturaliter appetit liberari: ergo si spiritus illi violēter detinetur in corporibus, naturaliter appetent liberari: ergo homines

in quibus

In quibus sunt naturaliter appetunt mori: ergo appetitus mortis naturalis est homini: quod constat esse fallum. Itē natura nō agit contra se: ergo si corpus à prima conditione sui pœna est spiritus inhabitatis: spiritus nō erit eius naturalis perfectio. Itē constat, quod Deus nō dedit spiritibus potētias quę essent otiosę, si ipsi debito modo se haberēt: sed potētia viuificādi & sentiendi otiosę essent in eis, si ipsi debito modo se haberent, quia nō includerētur corporibus: extrā corpus verò otiosę sunt: ergo illa potētia nō sunt datę spiritibus qui peccauerūt à creatione. Si verò post datę sunt, quū hęc virtutes specie differāt ab intellectu qui est in spiritibus, qui sunt substantię separata: spiritus quorū sunt hęc virtutes, specie differunt ab aliis spiritibus. Item aut boni angeli habent illas potētias, aut nō habent. Si habent eas, otiosę habent, quum secundum eas nō vniātur corporibus, sine quibus exercere nō possunt operationes taliū potētiarum. Si verò nō habēt eas: ergo specie differūt ab illis spiritibus qui vniūtur corporibus, quum non habeant potētias illas quas ipsi habēt, quę sunt specie differētes à potētis eorū: & quum angeli boni sint substantię perfecta, nō nata fieri partes essentialis alicuius totius: spiritus verò qui vniūtur corporibus, nati sunt esse partes essentialis ipsius hominis. Si verò dicatur omnes angelos cecidisse de cælo & malos esse in corporibus inclusos, vt quidam heretici dixerunt, hoc nō est verisimile. Quū enim Deus spiritus sit, oportet aliquos ministros eius esse spirituales. Grego. Dubitare non debes inuisibilem Deum inuisibilia obsequia habere: debent quippe ea quę ministrāt ad similitudinem eius tendere cui ministrant. Scriptura etiā Euāgelij manifestē obuiat huic errori, quę distinguit inter angelos Domini & angelos diaboli. De angelo Dñi habes Mat. 1. Angelus Domini apparuit Ioseph. Simile habes Matth. 2. Et eiusdem 4. habes, quod accesserunt angeli, & ministrabāt ei. Et 18. Angeli eorū semper vident faciem patris mei, qui in cœlis est, quod de malis angelis intelligi non potest. Et eiusdem 22. Sunt sicut augeli Dei in cælo. Et 28. eiusdem: Angelus Domini descendit de cælo. Et Luc. 1. Dicit Gabriel: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deū. Constat ergo quod sunt aliqui angeli Dei, & patet quod sunt diuersi ab angelis diaboli, de quibus Mat. 25. Qui paratus est diabolo & angelis eius. Nemo enim potest duobus dominis seruire. Mat. 6. Maximè Deo & diabolo, qui cōtrarij sunt. Præterea legitur Apocaly. 12. quod draco traxit terciā partē stellarum. stella vocātur angeli, quorum terciā partē traxit diabo-

lus: quia aliqui peccato eius confenserunt, & nō omnes. Irē aut spiritus qui sunt in corporibus humanis vnū faciūt cū corporibus, aut nō. Si nō, ergo nō faciunt aliquid vnū. Vnū enim & aliquid sunt cōuertibilia: ergo homo non est aliqua species creature. Si verō vnum faciūt: ergo aliquo genere Vnionis: ergo vel vnū cōtinuatione sicut patres carnis vnū faciūt: aut cōtiguatione, sicut os & caro, vnum faciūt: aut vnum per cōmitionē, sicut ex diuersis elemētis sit vnū elementatū: aut vnū per impressionē, sicut figura & cera vnū faciūt: aut vnū secūdū exigētā naturalē, sicut materia & forma vnū faciunt cōpositū. Exigit enim materia formā vt suā perfectionē, & forma materiā vt suū perfectibile: aut vnū quantū ad operationem, sicuti artifex & instrumentū vnā habēt operationē. Primo modo non: vnū enim cōtinuatione nō sunt, nisi ea quę habēt dimensionē longitudinis, & latitudinis: & spissitudinis. Vnde cū spiritus simplex sit, ex eo & corpore non fiet vnū per cōtinuationem. Eodē modo neque vnum per contiguationem. Contiguatio enim similiter nō est nisi eorū quę habēt dimensionē. Irē neque per cōmitionē: quia quę vtūtur sic desinūt esse actū, licet manēat virtute, vt elemēta in elemento. Spiritus verō & corpus in homine manēt actū. Irē nec per impressionē: quia forma impressa nō subsistit sine eo cui imprimitur: anima verō destructo corpore subsistit. Irē si secūdū exigētā naturalē, vt spiritus sit vt forma, corpus verō vt materia, forma & materia immediata quę vocatur necessitas, simul sunt tēpore, & neutrum tēpore præcessit reliquū. Vnde secūdū hoc spiritus tēpore non præcesserūt corpora in quibus sunt inclusi: materia verō quę nō est immediata præcedere potest formā. Cū enim nō sit perfectē aptata, aptari oportet eā antequā adueniat forma eius perfectiua: sed forma quę est perfectiua quā cito est, perfectā est. Et cū sit melior & nobilior quā materia, nō decet eā esse otiosam propter defectū materię vt scilicet primo existēs materiā vel instrumētū expectet otiosa. Si. n. sapiētia humana non vult artificē otiosum esse propter defectum materię vel instrumēti, quāto magis sapiētia diuina hoc nō pmittet? Si quis tamē obiiciat animas erutas à corpore otiosas esse quantū ad viuificationē & sensū propter instrumētū defectū: Dicēdum est q̄ culpa earū occasio fuit huius defectus, sed nō fuit hoc secūdū primā ordinationē creatoris: imō si nūquam peccasset, nūquā defectum organi paterēt. Irē neque vnū quantū ad operationē. Ex his enim quę sic vniūtur nūquā fit vnū aliquid secūdū substātiā, vt ex naua & nauī nō fit ali-

quod

quod te
riā, scilicet
vilitat
sed ea c
vilitat
creatur
illius e
videtur
re, quę
ralia cr
tura pa
dinatio
lus cor
ita om
quora
creatur
mediate
rō purē
spiritua
partim
creatur
modo, q
re: quia
beatific
do, quia
turas ec
superior
quia cū
bus corp
paret q̄
titudinē
minē de
dans ei
viuifica
egredere
egredere
lustrauit
ret. Intu
re natur
Deus cō
spiritum

quod tertium, ex anima verò & corpore fit vnū secundū substantiā, scilicet homo. Itē bonitas Dei cūcta fecit propter creaturæ utilitatē, non propter suam, cum bonorum nostrorū non egeat: sed ea quę purē corporalia sunt nō videtur fecisse propter eorū utilitatē, cum nullius boni perceptiua sint: ergo fecit ea propter creaturę spiritualis utilitatē. Sed nō videtur quod propter utilitatē illius creaturę spiritualis quę purē est spiritualis. Illa enim nō videtur egere creatura corporali: ergo propter utilitatē creaturę, quę est partim corporalis, & partim spiritualis. Si ergo corporalia creata sunt secundū primā ordinationē creatoris: ergo creatura partim spiritualis & partim corporalis est secundū primā ordinationē creatoris. Homo ergo factus fuisset, licet null⁹ Angelus corruisset. Itē sicut omnia sunt à Deo vt primo principio: ita omnia sunt ad Deū tāquā ad finē supremū. Quę autē propinquiora sunt Deo similitudine, immediate ad eum ordinātur: vt creaturę spirituales. Quę autē magis distāt ab eo similitudine, mediare ad Deū ordinātur, vt corporales creaturę. Creaturę verò purē corporales nō videntur posse ordinari ad Deū per purē spirituales eū quibus habēt discōueniētiā. ¶ Est igitur creatura partim spiritualis, & partim corporalis, Homo, scilicet per quę creaturę corporales ad Deū ordinantur. Et hoc tripliciter. Vno modo, quia in homine est inuenite quasi naturā omnis creaturę: quia corporeū, vegetabile, sensibile, rationale, vnde in eius beatificatione quasi natura omnis creaturę beatificatur. Secundo, quia homo positus est quasi medius inter creatorē, & creaturas corporales, secundū dignitatē Deo inferior, creaturis illis superior, & vt Deo ministrer, & sibi ab illis ministrerur. Tertio, quia cū homo ratione corporis quo similitudinē habet cū omnibus corporalib⁹ creaturis, capax sit bonitatis eorū, manifestē apparet quod ratione animę, qua Deo similis est, capax esse pōt beatitudinis diuine. Vnde in lib. de Anima & Spiritu, Fecit De⁹ hominē de limo terrę, & inspirauit in faciē eius spiraculum vitę, dans ei sensum & intellectum, vt per sensum lutū sibi sociatū viuificaret, & per intellectū regeret, vt per intellectū intus ingrederetur & contēplaretur Dei sapiētiā, & per sensum foris egrederetur & contēplaretur opera sapiētię, intellectu intus illustrauit, sensu foris decorauit, vt in vtroque refectionē inueniret. Intus ad felicitatē, foris ad iucūditatē. Itē in eodē. Si tā disparsē naturā carnis & animę ad vnā fœderationē atque amicitia Deus cōiūgere potuit, nequaquā erit impossibile ei rationale spiritum qui vsque ad consortiū terrent corporis humiliat⁹ est

cū eodē corpore glorificato, vt sit ei gloriæ quod fuit ei sarer-
na, ad cōsortium beatorum spirituū qui in sua puritate persis-
terūt, exaltare. ¶ Itē in eodē: Plenum fuit miraculo q̄ tā diuer-
sa & tam diuersa abinuicē, adinuicem potuerunt cōiungi: nec
minus mirabile fuit, q̄ limo nostro Deus seipsum cōiunxit, vt
sibiinuicē vnirentur Deus & limus, tanta sublimitas, & tāta vi-
litas: nihil enim Deo sublimius, & nihil limo vilius. Mirabile
fuit cōiunctio prima, mirabilis & secunda, nec minus mirabile
erit & tertia, cū homo, & Angelus, & Deus vnus erit spiritus.

De errore qui ponit duas animas esse in corporibus. CAP. XLIIII.

Error ille qui ponit duas animas esse in corporib. humanis.
sequitur: quātū vñā dicite partē Dei esse, alterā de genere
tenebrarū, quā Deus non cōdidit, quæ mala est, & propria carnis
& omnia bona hominis tribuit illi bonæ animæ, omnia vero
mala illi malæ animæ. Bonā animā dicūt esse arborem bonam
quæ nō potest facere fructū malum: animā verò malā malā ar-
borē quæ nō potest facere fructū bonū. Bonas verò mislas esse
ad reprimendā malitiā gentis tenebrarū. Hunc errorem destruit
Aug. in li. de duobus animabus: & in li. cōtra Fortunatū quod
Manichæorū presbyterū. Et hæc sunt verba Aug. in li. de Duobus
animab. Quæro ergo ab eis, vtrū peccasse videretur, de cui⁹ ma-
nu dormiētis scripsisset alius aliquid flagitiosū: quod quis de-
bitet eos esse negaturos? Quæro etiā si aliquis valētior alterius
vigilātis, & sciēs, sed omnino nolētis manu aliquid mali fecis-
set, vtrum vigilās, & sciēs, sed nolēs vllō peccati nomine tene-
tur? Respondebūt nihil istū omnino peccasse. Quid si dormiēs
ille iam sciret quid alius de manu factururus esset, & de indulto
plus ne expergilceretur à somno sedaret: nunquid ei quicquid
somnia ad innocentiam suffragaretur? Respondebunt q̄ nō. Quod
si alius vigilans & sciens, volens superatus est vt aliquē pretis-
defensione deciperet: quid ei vt peccato carcat profuit impo-
tentiā, quāuis resistere nō valeret? Quib⁹ cōcessis colligo nūquid
nisi in volūtate esse peccatū. Et subdit, Peccatū sine volūtate
nō posse, omnis mēs apud se cōscriptū legit. Volūtas verò, vt
se dicit ibidē, est animi motus cogēte nullo ad aliqd vel nō ad
mittēdū, vel adipiscēdū. Peccatū verò est voluntas retinēdi
cōsequēdi q̄ iustitia verat. Et subdit, has duas diffinitiones vo-
luntatis & peccati recipiēs. Manichæorū hæresim cōdenat. Nō
illud malū gen⁹ animarū si antequā bonū misceretur, nō habē-
bat aliquā volūtate, sine peccato erat atque innocēs. Quod
volūtas inerat, ergo volebat aliquid adipisci vel nō admittē-
illo